

Ab. 127.
29.



DISPVATIO II.

DE IVRE
PERSONARVM

*Quam desumptam ex tit. 5. 6. 7. ff. 1.
cum concordant. Instit. & Cod.*

DEO ANNVENTE
PRAESIDE

ORTOLPHO FOMANNO
V. I. D.

DEFENDET

In publico Pandectarum Collegio

ADOLPHVS MARCVS
Ios. fil.

Die 21. Mens. Iulij.



I E N Æ

*Typis Tobia Steinmanni,
Anno 1713 IC.*



V I R O

Solide Docto

Dno:

IOACHIMO
SCHONNERMARCK
CC & LL. Cand.

Hoc disputationis publicae fragmentum & germanae amicitiae documentum

L. M. Q. representat.

Adolphus Marcus.





Thesis I.



Mne ius quo utimur vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertinet. Num & distributio totius iuris ex l. ult. ff. de LL. sumi poterit? *N.*

I.

Personis servus annumeratur; nec Iustiniani verba in pr. Inst. de Iure person. obstant, dicentis: Summa divisio de Iure personarum hæc est, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi.

*^ non
lib. 3. c. 1 f 158*

II.

Quid quod & peregrinus, qui iuris civilis communionem non habet, persona quidem sit, quoad naturalem libertatem, non tamen eam, quæ iure Quiritium competit.

g

III.

Homines autem quoniam sunt vel liberi, vel servi: controversia est intra Dd. an sicut statuliberi, qui scilicet statutam & destinatam in tempus vel conditionem habent libertatem, ita etiam ascriptitij ad servos referendi sint? Affirmativam Donelli sententiam tueri conabimur.

lib. 3. c. 1 f 158

*9. 11. m. 2 inf 14.
fol. 22*

V.

Ac liber homo de Iure civili in servitutem redigitur, si maior 20. annis, ad pretium participandum se venundari passus est.

A 2

Inde



VI.

Inde Hottom. infert, quod servitus non tantum gentium, sed etiam civilis Juris constitutio sit.

VII.

Sed cuius in illo casu precium hominis venditi fuerit, ambigi potest, siquidem servus nihil proprii habet: Defendemus ad venditorē pretium spectasse.

VIII.

Porro etsi respectu status nulla est differentia inter servos: in liberis tamen hominibus multæ sunt.

IX.

Aut enim sunt ingenui, aut libertini.

X.

Manumissio quidem olim libertinos, hodie secundum Iustiniani constitutionem ingenuos reddit: Illa tamen divisio, adhuc propter ius patronatus retinenda.

XI.

Deinde liberi homines, sunt vel patriæ potestati subiecti, & dicuntur filijfam. filiaque fam. vel sui iuris, & vocantur patres & matresfam. Quod posterius membrum sub divisiones recipit.

XII.

Patriam potestatem constituent nuptiæ, legitimatio & adoptio.

XIII.

Mense septimo, octavo, nono, & decimo post celebratas nuptias natus, patri potestati subijcitur.

XIV.

Quamvis non inficias eamus, vidua post obitum prioris mariti iterum nubente, & mense nono pariente, partum in dubio præsumi esse secundi mariti.

XV.

Quid si undecimo mense partus editus? Erit legitimus, si sub initium undecimi mensis nascatur.

Post

lib. 5. som. fol. 579

Nuptiæ.

him T. 19 lib. 2. Inca. fol. 134. in nubi J. te fol. 2.

Myns. con. 2. 6. obs. 40.

+ d. 3

legitimus, si sub initium undecimi mensis nascatur.

XVI.

Post patris igitur obitū, sub finem vndecimi mensis natus, ad defuncti successionem legitimam non admittitur.

XVII.

Norū etiam quod patriam potestatem impediāt matrimonium sine parentum consensu contractum.

XVIII.

Hinc in dubium vocant, num rati habitio admittatur, & tacitus ex intervallo consensus subsequens sufficiat, quod affirmamus.

XIX.

Legitimationis alij quatuor, alij tres, alij duos ^{Legitima-} constituunt modos: duo saltem hodie, quod ^{tia} super sint modi propugnabimus.

XX.

Prior fit per subsequens matrimonium. Quæ legitimatio an sine dotalibus instrumentis subsistat, controversia est inter Dd. Stamus ab affirmantium parte.

XXI.

Modo matrimonium inter maritum & uxorem tempore natiuitatis filij contrahi potuerit, quod Salic. Rosello, & Sarmiento displicet.

XXII.

Quo in loco disceptant, non clericus in minoribus ordinibus constitutus. Ecclesiastica beneficia habens; excipiendus sit, utpote qui nequeat uxorem ducere, sentimus cum asserentibus eum per subsequens matrimonium legitimare posse.

XXIII.

Quid si altera contrahentium persona sit vilis & minus digna? Disting. inter ius civile & can. affirmantes quod nihilominus per subsequens matrimonium liberi efficiantur legitimi.

A 3

Necesse

*D. H. d. m. S. 1. 2.
p. 1. 10. lit. 6*

XXIV.

Necessse est autem vt liberi consentiant. Nam si solvere ius patriæ potestatis iuvito filio non est permissum, nec in potestatem redigere filium invitum parentibus licet. In aliam discedit sententiam Covarr.

XXV.

Et defuncto filio ante matrimonium secutum, nepotes inde prognati, per matrimonium postea contractum, legitimantur. Quod Marsil. & alij negant.

XXVI.

Posterior legitimandi modus rescripto Principis vel per comitem Palatinum, cui Princeps illum potestatem dedit, expeditur: quem proprios legitimare posse liberos cum Gailio contra Duar. negamus.

XXVII.

Hic quærunt an ex damnato & nefario coitu natum & alterius subditum etiam quoad successionem bonorum in alieno territorio sitorum princeps legitimare possit? Prius affirmamus, posterius negamus.

XXVIII.

Nam & à Pontifice legitimatus in terris Imperij, vt legitimus non succedit.

XXIX.

Adoptio.

Adoptio generalis dividitur in arrogationem & adoptionem in specie sic dictam. Illic per Principis rescriptum vel per Comitem Palatinum speciale mandatum habentem, is qui sui Iuris est causa cognita filius eligitur. Hic Imperio magistratus filiusfam. vel filiafam. adoptatur. De Iure Sax. arrogatio fit etiam sola magistratus municipalis autoritate interposita.

Legatus



XXX.

Legatus Proconsulis sicut manumittere ita & ad-
optare nequit: Nulla tamen ob id inter l. 2. in fin. &
seq. ff. de offic. procons. & l. 17. in fin. ff. de man. vind.
antinomia est.

XXXI.

Plebeius à nobili adoptatus num efficitur nobi-
lis? Affir. si gentem, nec genus spectemus.

*Sig. m. 9. Inst. II.
15. m. f.*

XXXII.

Nec silentio involvendum quod arrogatus im-
pubes, sine iusta causa ab arrogatore exheredatus,
præter bona sua quartam omnium arrogantis bono-
rum aufert, etiam si secundum communem DD. opi-
nionem portio duntaxat ab intestato debita ad eum
spectet.

XXXIII.

Estq; adoptioni affinis unio prolis consuetudi-
ne recepta pactum sc. initum coram magistratu, non
sine causæ cognitione & actus, inter parentes & eo-
rum ex diverso matrimonio liberos natos procrean-
dosque, adhibitis illis quorum inter est.

*Transl. vol. 1. Sig.
2. ff. 11*

XXXIV.

Cumque hoc unionis pactum ferè effectum ha-
beat reciproci testamenti, sine testibus actum illum
expediri minimè posse quis putaverit; sed publica
monumenta sufficiunt.

*Baz. Hel. Mus. h. y
& succ. con. vnt.
clust. 1. Membro 3 n. 102 f. 1
& 6)*

XXXV.

Tantum de causis efficientibus patriæ potestatis:
Eadem tollitur morte, dignitate, emancipatione &c.

*Solvitur
patria po-
testas.*

XXXVI.

Morte naturali vel civili: Naturali, sive patris sive
filij, imò & avi, si hoc defuncto in patris potestatem
liberi non sunt recaluri.

Civili



9
7

XXXVII.

Civili ut quando deportatur pater vel filius. Quæ poena sublata est & in eius locum arbitraria successit.

XXXVIII.

Eodem refertur poenæ servitus. Sed iure novissimo nemo poenæ servus efficitur.

XXXIX.

Altero quoque ab hostibus capto patria quidem potestas extinguitur: sed tamen propter Ius postliminij & legem Corneliam in suspenso est.

XL.

Dignitas in eum qui patriæ potestati subiectus erat, collata & à curia liberans dissolvit patriam potestatem: ut est Patriciatus dignitas: Hodie pro patricijs habentur Principis consiliarij.

XLI.

l. pen Gult c. f emancipat

Emancipatio filium sui Iuris efficit, sive sit legitima, sive Imperatoria.

XLII.

lib 3 c. 1 33 f 153

Iustiniana emancipatio Ius familiæ non mutat atque ita non erit species capitis diminutionis.

XLIII.

d 1 33 f 177

Iure Saxon. emancipatio tacite fieri præsumitur per nuptias & separationem ædium.

XLIV.

Sunt & alij modi quibus à patria potestate quis eximitur ut adoptio, de qua supra expositio infantum, & præscriptio.

F I N I S.

Kc 3192

8^o


(X2217985)

VO 12

MC







DISPUTATIO II.
 DE IURE
 PERSONARUM
*desumptam ex tit. 5. 6. 7. ff. 1.
 in concordant. Instit. & Cod.*
 DEO ANNVENTE
 PRAESIDE
 OLPHO FOMANNO
 V. I. D.
 DEFENDET
publico Pandectarum Collegio
 OLPHVS MARCVS
 Ios. fil.
Die 21. Mens. Iulij.
 S S S
 S S
 I E N Æ
 Typis Tobia Steinmanni,
 Anno 1713 IC.